



quarum nimis blanda hoc avo ( proh dolor ! ) segnes facit  
A indulgentia natos. *Jonvil. in vit. Lud. cap. 3. Bejerlinck. supra.*

Jungat se illi Christophori Infantis arcis Dienfis praefecti  
Parentes. Quae dum filium glaudet ferrea ab hostibus idem  
conspiciatur, nihil habuit majus, quam ut salutis suae curam  
gereret: adductoque Coniitore, fideis oculis, ac vultu placido  
& Tu fili, ait, clementis Dei veniam fidenter implora: teque  
in hoc transitu virum praebere, unicuique hoc mihi in hac orbitate  
solutum. *I. Maffens. hist. Ind. lib. II.*

Require EDUCATIO. ADMONITIO.  
De S. Monica, vide supra.

OFFICIA LIBERORUM ERGA PARENTES.  
Philosophorum pariter, ac Christianorum saluberrima est  
exhortatio, amandos, & honorandos esse, qui nos genuerunt:  
Cum primus gradus pietatis sit, ut quos auctores tibi voluit  
esse Deus, & honores obsequis, nunquam laedas contumeliis,  
immò nec vultu. Meretur, ait, *Hieron. in Matth. canticis* fuz  
supplicium fubire, qui parentum vultus torvo visu despexerit,  
& elatis oculis laeserit pietatem.

Deus in veteri Lege inter alia praepcepta etiam decrevit  
B honorem parentibus, dicens: Honora patrem tuum, &  
matrem. *Deut. cap. 5.* ubi in verbo ( honora ) includitur  
primum amor. 2. reverentia cum interna, tum externa.  
3. obedientia. 4. fubfidium, & assistentia. Hac enim  
omnia parentibus debentur.

Etiam *Tobiæ* ad filium, monitum erat: Audi, fili mi, verba  
oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum constitue:  
Cum acciperit Deus animam meam, corpus meum sepeli:  
& honorem habebis matris tuae omnibus diebus eius: Memor  
enim esse debes, quae, & quanta pericula passa sit propter te  
in utero suo. Cum autem & ipsa compleverit tempus vitae  
suae, sepelies eam circa me. *Tob. 4.*

Neque est, quod Ethnicorum hic censuram requiramus, in  
Graecis enim Comicis legitimus.

*Bona gratia pro parentibus in quibus dicitur.*  
Tibi sunt parentes primo honorandi loco.  
Ex parte quibus rās gratias, & gratias dadas.  
Colens parentes laeta spes omnia.  
Icarius Bulaeus reprobatum rās gratias.  
Alas parentes si senes, vives diu.

C Quoi pères ont honorés et qu'on  
Dicit maximi parentes sunt mortalibus.  
Pater non opus de rebus gratias dadas.  
Boni parentes in nulla in filium.  
Hæc ya vultu gratias dadas et ipsi dicit.  
Suave quid est pater prudentiam loco ire habent.  
Nepotibus vultu rās gratias dadas.  
Persuade tibi parentes esse Deos.

Et ex Philosophis divini Platonis monita sunt: In verbis  
per totam vitam parentem venerari maximè decet. Levium  
enim, volatiliumque verborum gravissima imminet poena.  
*Plot. 4. de leg.*

Cujus pater, & mater, vel horum parentes confecti senio,  
quasi thesaurus quidam domi jacent: is putet nunquam aliud  
sibi tale simulachrum magis efficax domi suae asitutum, si  
recte, ut decet, ab eo colitur. *Idem 11. de legib.*

Existimandum est, nullum apud Deos magis honorandum  
simulachrum nos habere debere, quam patres, & avos senio  
confectos, matresque simul, quibus honoratus Deus gaudet.

D Item  
Neque infamia est ea Censura, quam à Perversione Pythagorica  
desumunt, quae ita se habet: Mali quidquam Parentibus  
nec dicit, nec factu obhibere oportet: sed obedire, cuiuscumque  
conditionis fuerint. Item in quacumque corporis, animi,  
reumque extremarum fortuna. In pace, in bello, in fanitate,  
morbo, divitiis, paupertate, gloria, infamia, sive privatis, sive  
in magistratu constitutis parentibus adesse ipsis oportet, nec  
unquam deserendi sunt: obediendumque tantum non etiam  
inimicos. Hac enim sapienter, & rectè heri à piis hominibus  
exiustimantur. Contemptum autem parentum peccati genus  
est: quod in vivis simul, atque defunctis divinitus  
damnatur, ubi hominibus odio habetur, & sub terra in loco  
imporium, ubi cum reliquis improbis perpetuò punitur à ju-  
stitia, & infernalibus diis, qui his rebus impudicis destinati  
sunt. Honestissima enim est, immò divina parentum facies. Et  
ad spectus, cultusque eorum tanti fieri debet, quanti nec Solis fit  
nec omnium siderum, quae gratissimas celi choreas constituit,  
aut si qua alia res istis major à quoquam existimatur. Deos  
quidem arbitror, qui contempni parentes viderint haud quamquam

id esse tolerantiores. Quamobrem, & vivos, & mortuos colere  
par est, nec unquam eis contradicere. Verum si quid ignoret, B  
morbi, aut animi deceptionis vitio, consolari, atque docere  
oportet: odisse nequaquam: majus enim inter homines admitti  
peccatum nequit, quam erga parentes impietas. *Perversione  
Pythagorica ex libro de mulieris harmonia.*

EXEMPLA HISTORICA.

CUM SACRA, TUM PROFANA.

Parentibus absque personarum respectu promptè obediendum,  
omniaque obsequia istis deferenda, Christi exemplum docemur.  
Quippe major Dei filio esse non potes, nec mi-  
nori obtemperare, quam erat pater ipsius putatius, faber, &  
idem pauper: & tamen dicit Evangelium *Luc. 2.* quòd ex Hie-  
rusalem descendit in Nazareth cum parentibus, & fueritque  
illis subditus.

Sic subditus typos JOSEPH, quamvis toti dominaretur  
Ægypto, patrem senem, & alimentorum penuria afflictum  
praefolatur, obsequitur eidem, honorat. Quin in prima fra-  
trum agnitione rogat, Adhuc vivit pater meus? *Gen. 45.* Quod  
sanè argumentum amoris verè filialis.

Quin venienti juncto curru suo obvium processit, eumque  
ad Regem introduxit. *cap. 46.*

Denique audito quòd agrotaret, sponte ad eum perrexit  
cum duobus filiis suis: & morientis oculos clausit, & in hono-  
rem illius nunquam fratribus durè locutus fuit, quamvis  
enormiter contra eum deliquisset. *Gen. 48.*

SALOMON Rex, cum ad eum ingrederetur Bersabee mater  
ejus, furere in occursum ejus, adoravitque eum, & sedit  
super thronum suum: postquam est thronus matri ejus, quae  
sedie ad dextram illius. *3. Reg. cap. 2.*

Memorable exemplum pietatis in parentes refert *Plinius*  
lib. 7. *cap. 36.* Humilis, inquit, in plebe, & ideo ignobilis  
Puerpera, supplicii causa carceri inclusam matrem, cum  
impetrasset aditum à janitore, semper excussa, ne quid in-  
ferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens: quo mira-  
culo matri donata salus filia pietate est, ambaeque perpetuis  
alimentis: & locus ille deæ Pietati consecratus est, templo  
Pietati extracto in illius carceris fidei, ubi nunc Marcelli thea-  
tri est.

Idem fecit Filia SIMONIS ducis: hæc enim Simonem si-  
G mili fortuna affectum, parique custodiat traditum, jam ultime  
senectutis, velut infantem pectori suo admotum aluit, inquit  
*Valer. Max. lib. 5.*

Illustre quoque est, quod refert *Fulgosius lib. 5. cap. 4.* de To-  
letano homine, cujus pater faber aurarius à Petro primo rege  
Castulonis ob falsas suspensiones adeo mortem damnatus erat:  
hic enim ejus filius, amote in patrem singulari, lachrymis, precibusque  
agere non desistit, ut servato patre ipse pro eo occideretur,  
quod assecutus, vitamque amittens, vitam dedit patri,  
à quo vitam acceperat.

Ibidem narrat, ALEXIUM Iliaci Imper. Constant. filium,  
patrem à fratre Imperio oculisque orbatum in regnum ar-  
mis restituisse: & quamquam omnes cum Imperatorem  
salutarent, ipsum tamen hoc nomen cum Imperio in patrem  
resignasse.

Insigne quoque est quod narrat *Egnat. lib. 5. cap. 4.*  
de Cardinali GRIMANO, qui pro patre Antonio Car-  
ceri fe obtulit.

Veniant nunc in manus nostras prospera Parentum vota,  
H felicitus auspiciis propagatz soboles, quae efficiunt, ut ali-  
quando & genuisse, & genitum esse delectet. Quid enim Fer-  
dinandum Regem Neapolit. eloquar: quicquid sui parentis  
debitur desiderio, ut crebris diceret: Nihil mihi gravius  
venire potest, quam quòd aliquando majorem regni occupa-  
tionem praepeditus, patri adesse non possim. *Ex Pont. lib. 2. cap. 3. Obedientia. Bejerlinck supra.*

Magnus quoque codem in regno, & re ALPHONSOUS Ara-  
gon. Rex. Succederat Ferdinandus legitimus regnorum hares,  
cum eam vicem, & obedientiam, quam ille suo parenti olim  
rempdit. Peregrè advenienti obvium progressus, quòd cum ut-  
pote minus valentem ledicia vultu adverteret, equo desiluit,  
ac pedibus comitatur, momenti autem patri, aliorum proced-  
rum more equo consensu ad equitatem, respondit: Aliis libe-  
rum sit agere, quòd voluerint, equo nunquam adducar, quin  
Regem, patrem, & cum agrotum, pedibus sequar. *Panor. lib. 2. de Gest. Alp. Bejerlinck supra.*

Eadem pietas Junioem SPORIUM Francisci filium vix dum  
annos

annos pubertatis egressum, impulsi: ut patrem, quem vivum  
A summo semper honore fuerat profectus, etiam mortuum, &  
in imagine expressum honoraret. Erat in extremis angustias  
ab hostibus redactus, & dumque anxius huc illuc volvitur, &  
nequaquam militem suum vocat, patris effigiem ( quae forte  
in conspectu ) intuitus; Equid, exclamat, dive parens dege-  
neres erimus; & hosti sine conflictu cedemus? Audendum  
potius, didicoque citius, in hostem gloriosius irruit. *Idem ex  
Gaguino De reb. Gal. in Appen. de Lud. XII.*

CUR POST DEUM JUBEANTUR COLI  
Parentes in Decalogo.

S. Thomas in opus. 7. inter alia scribit: post Deum juberi  
statim coli parentes, ob similitudinem, quam habent cum  
Deo. nam i. dant filii stabilitum quoad esse. *Ecol. 2.* Gem-  
mitus matris tuæ non obliviscaris: memento, quoniam nisi per  
illos natus non fuisses.  
2. Dant filii nutrimentum.  
3. Docuuntur, maxime ut timeant Dominum, & absti-  
neant ab omni peccato: illi filios ad Sacramenta, ad fidem, ad  
B religionem ad mores Christianos erudiunt, & deducunt,  
Exemplum illustre est in Tobia.

Addit D. Thomas, filios à parentibus accipere vitam, sicut  
milites à rege accipiunt feudum, ut si ci sint fideles, ejus con-  
servationem; si infideles, ejus privationem mereantur. Ad-  
fert ex Cassiodoro, & S. Ambrosio. *Hexam.* exemplum cicorianum,  
quae cum parentes fuerunt, eos plurim filios fovit,  
estaque afferunt, ut via vicissitudine juvenes reddat, quòd  
à parentibus parvuli suscipiuntur.

NOVEM BENEDICTIONES FILII  
Morigeris promissa.

Vide in loco de Filio, & Filia.

IMPIETAS FILIORUM ERGA PARENTES  
punita.

Vide etiam fuz hunc Titulum tractatum in loco de  
C Filii. Item vide infra PARRICIDIUM.  
Quaedam enim ex loco de Imprecatione huc  
adduci possunt.

EXEMPLA SACRA.

CHAM, irritis patre, maledictus est in sua posteritate. *Ge-  
nes. 9. 6.*

ESAU inobediens parentibus amisit nobilissimam benedi-  
ctionem. *Gen. 26. 7.*

Filius HELI eodem die perierunt. *1. Reg. 4.*  
ABSALON persequens patrem ex arbore pendens confos-  
sus est. *2. Reg. 18.*

De NERONE, postquam matrem occidisset, hæc habet *Suo-  
tonius cap. 34.* Sæpe confessus agitari se materna specie, ver-  
beribus furiarum, ac tædis ardentibus. Quin & factu per ma-  
gos sacro, evocate manes, & exorare tentavit: peregrinatione  
Graeciae, Eleusinis sacris, quorum initiatione impii, & secle-  
rati voce praecônis submoventur, interesse non est ausus  
mortem ejus. *Vide in loco de Crudeleitate.*

Nostra ætate, ait S. Bernardus 10. 2. *Dominic. 2. quadr. serm. D 17. art. 3. cap. 11.* in Hispania citerioris oppido, cui cognomen  
Sui, nò ita procul Valencia, Adolescents fuit, qui per parentum  
inobedientiam eò devenerat, ut anno decimo octavo, propter  
Iatrocina, & publica facinora in vincula conjectus, & suspen-  
dio damnatus sit. Erat etiamnum proflus imberbis, pendenti  
verò jam, atque exanimi fubito prorumpit barba, moxque  
speclante populo, tum illa jam profunda, tum coma capitis  
planè canescunt, ut ætatem referret hominis novagenarii. Mi-  
raculo rei accitus, cum populo, & toto clero occurrit Episcopus,  
omnes in genua prostrati expectant, dum ostendat Deus,  
quid sibi monstrum hoc velit. Aque ecce ibi Episcopus, cum  
editorum capiens tumulum, ad omnes ait, voluisset Deum  
ostendere, quantum de vita iis detraxit, qui de parentum o-  
bedientia detraherent, Vicitur enim humi juvenem fuisse ad  
parentum inobedientiam detraxisse.

*Delius dist. mag. libro 6. cap. 2. sect. 3. quest. 3.* refert ad-  
modum prole, in quantas miseras proplafus sit adolescens  
quidam Prutenus nobilis annos natus XXII postquam  
L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

parentis gratiam perdidit, & domo patria profugere co-  
actus est.

Narrat Munsterus lib. 4. *Cosmographie cap. 4. de regno Polo-  
niae. Cromer. & alii,* quo pacto Pompeilius, quem Popeyl  
vocant, filius Pompeii, qui primus distribuit regni provin-  
cias illius Monarchiam designaverat, unà cum uxore, & li-  
beris fuerit immanissimè à muribus devoratus sub anno  
823. Relictus enim post patrem in ætate puerili, patri ejus  
administrarunt regnum, quoad ille adultus factus uxorem  
duxerat. Tunc illius convivia celebrantem, & mox mande-  
tem, fertis coronatum, unguentis delibutum, crapula,  
& luxu resolutum, invadunt mures de cadaveribus patruo-  
rum, quos ipse, & uxor ejus regina veneno interfecerant, in-  
genti magnitudine egressi, & in convivantem tyrannum,  
confortem ejus, & filios rabidis moribus insulant, milium  
caterva nequaquam abigente? quoniam humano suffra-  
gio fatigato, mures insatigati perseverabant die, noctuque.  
Extruuunt ardentes loci, & in medio eorum locatur Pom-  
pilius, conjux & filii: illuc autem & mures per flammam  
transfuentes, parricidam rodere non cessabant. Ad aliud  
randem elementum ventum est. In navibus adducitur occi-  
F for patruorum Pompeilius cum suis in stagnaleitudinem, mu-  
res tamen incessanter secuti abductos, & naves rodebant, in  
tantum, ut aqua perforatis rimis ingressa submerfionem min-  
derent, ideo nauæ timentes praefocacionem ab aquis, de-  
duxerunt navem ad litus, unde alia caterva murium occur-  
rentes juncta prioribus acris infestabat. His visis, defen-  
sorum divinam ultionem cognoscens, omnes fugerunt.  
Pompilius autem protectoribus nudatus, recepit se in tur-  
rim altiore in Cruveiza, ubi mures rabido cursu ascendentes  
consumperunt, & voraverunt, duos filios, uxorem &  
facinososum Pompeilium.

Eandem Historiam repetitam invenies in loco de Homici-  
dio. Tit. P. n. e. Homicidii à Deo inflitæ.

POENÆ PARENTUM MALE EDUCANTIUM  
suaum prolem.

EX S. SCRIPTURA.

Sacra refert historia, cum HELI sacerdote summo, & po-  
puli Israelitici moderatore, graviter expostulasse Deum, quòd  
filios negligenter educaffet, eoque res dilapsa est, ut filii in  
ultionem paternam socordia, Domini Dei arcam, quam ho-  
G stibus, adversus quos dimicabant, terrori esse voluerant, cum  
in bellicore perirent, ipsi in bello perirent, consecutos senio pa-  
rentis, fuisse cladis nuntio percussos, illi illa ad terram cervicem  
moretur, quae omnia Samuel honestissime educatus, reve-  
lante Deo, futura praedixit. *1. Reg. 3. 6. 4.*  
Quam infeliciter cum ROBOAM Salomonis filio sit  
actum, quem in deliciis, ac voluptatibus, unà cum lascivo-  
rum adolescentium caterva educatum fuisse scimus, flo-  
rentissimi regni declaratum imminutum, qua factum est, ut  
qui duodecim tribus imperare potuisset, modò senium  
utilissimum consilium non sprevisset, quo salutariter mone-  
batur, ut cum populo, ac seditiones movente turba, mi-  
tius ageret, vix etiam Juda prolem fidelem, stabilemque  
sentiret, ex quo temeritati juvenum, quibus cum nutritus  
fuerat in deliciis, locum dedit, qui nequaquam de severitate,  
ac paterno metu Roboam remittendum esse censuerunt. *2. Reg. 12.*

HISTORICA.

SEVERI Imperatoris filii ANTONINUS, si quando in  
pueritia feris objectos damnatos vidit, levit, aut oculos aver-  
tit. Septennis puer, cum collossorem fuisset puerum, ob Ju-  
daicam religionem graviter verberatum adfuit, neque pa-  
trem suum, neque patrem pueri, vel auctores verberum  
dii respexit. Hæc Spartianus, qui per Judaicam religionem  
significavit Christianam fidem, ut patet ex Tertulliano, ad  
Scapuli. capite quarto. Accidisse enim existimo, ait Baro-  
nius anno Christi ducentesimo decimo tertio, ut cum An-  
tonius lacte Christiano educaretur, collossorem aque habue-  
rit Christianum puerulum, eundemque collassorem atque  
Evodii educatoris filium, quem tamen, quòd Christianam  
religionem inter peccos ( ut pueri locuti ) Antonio  
niam, ut acciperet, suaderet, Severus, & pater pueri E-  
vodius, ipse educator, acriter verberati fuissent. Sed ob  
indignum facinus, æqua lance est pensata vindicta, ni-  
mirum, ut Pater cum virum jam factum sentierit contu-  
macem, quem puerulum à piis, sanctique vitæ optime in-  
B 2 stitutus

stutis collusoris verberibus distraxisset... A pueri pater meritas penas de verberibus inflisit puerulo...

Hieron. epist. 7. quae est ad Latam, de institutione filiae Paulae... Heli summus Israelitarum Pontifex, Vide Titulum...

PARENTUM NIMIUS, ET NOXIUS.

AMOR LIBERORUM.

Tam caecus, & imprudens solet esse parentum praesertim matrum in liberis amor... HIERONIMUS SENIOR IMPERATOR...

HISTORICA.

ANDRONICUS SENIOR IMPERATOR tanto amore profectus est Andronicum juniorem Michaelis filium... Diodorus Siculus de rebus antiquis...

ZENO Romanorum Imperator filium suum admodum adolescentem Imperii fastidire relinqueret cupiens...

comparata, ab omni honestate remotus, & jam tum arrogantiam ob expectationem Imperii...

Accidit hodie terribilis casus praclarissimo civi nostro Hipponensi Cyrillo... Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 18. Etsi (inquit) omnes baptizatos infantes...

Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 18. Etsi (inquit) omnes baptizatos infantes, atque in eadem infantia morientes...

Civis quidam Mediolanensis filio unico mortis auctor fuit ob disciplinam, & correctionem in tenera aetate non adhibitam...

quod filium adhuc mollem, & tenerum non castigasset: id enim filio pro more piorum parentum fecisset...

quod filium adhuc mollem, & tenerum non castigasset: id enim filio pro more piorum parentum fecisset...

Novi ego ante complures annos puerum, ait Joann. David. c. 48. Veridici Christi, cui neque motum probitas, neque literarum studium cordi erant...

PARENTUM ADVERSUS FILIOS

NIMIA SEVERITAS.

EX S. SCRIPTURA.

SAUL, qui primus in Judea regnavit, cum Jonathas filius ingentem hostium fudisset exercitum...

HISTORICA.

Diximus in loco de Crudelitate de HERODE Afcalonita, qui in pueros Bethleemicos, qui infra bimatum essent...

Quae subjuganda SIGISMUNDI Burgundionum Regis severitas in filium: Mortuus, inquit Gregorius Turon. Gunterius...

Ut parentes filios imprecantes non ferri inultum videant, D. Augustinus libro de civitate Dei, & morib. & sanationis ad reliquias S. Stephani...

horrendum narrat exemplum, quod adscribere praestat ex ipso libello, quem Paulus, unus de fratribus...

Constantinus Heraclii Imperatoris filium Imperium, & summam potestatem successione adeptus, eo non diu esset...

Basilius Macedo Imp. artibus, & fallacijs cujusdam Theodori Santabareni commotus in filium Leonem...

Constantinus Heraclii Imperatoris filium Imperium, & summam potestatem successione adeptus, eo non diu esset...

res, causam ab eis, cur non comederent, percontabatur. At illi A persufi lacrymis; Quem cibum, inquit, comedemus, quibus ab istius rationis expertis aut tale quid dicitur convicium, cum tamen ratione praediti, & Domini nostri studiosi habeantur? Nam hoc animal ratione carens suum Dominum requirit: nos autem genio indulgentes, dominum, qui nihil peccavit, oblitus sumus. Qui si peccasse convincitur, & in parentem dexteram atrahat, omnes nos manu nostra cum interficiem, neque ejus unquam explebimur sanguine. Si vero, de quibus accusatus est, calumniam coarguit, quoad lingua calumniis tantum in ipsum poterit? Mollitus igitur talibus verbis Imperator tunc ipsos sedere iussit, seque rem diligentius exploraturum spondidit: neque sane multo post ad suum ingenium rediens e custodia eductum sibi praesto esse jubet filium, adempnaque ei lugubri veste, & supervacua, quae in lectu excreverat, coma, pristinum ei Imperii honorem restituit. *Ex Joan. Cypriate Baron. tom. 10. Annal. ad an. Christi 886.*

Anno Dom. 797. xviii. Kalend. Septembris, Constantini VII. Mater Irene filii flagitia, & insolentiam nequam ferens (cum enim, ut solus dominaretur, in exilium relegat) quibusdam civibus impellentibus Constantino B polim revertitur, ipsique manus iniici, atque effodi oculos iussit, & carceri mancipavit; ubi & merito tanquam sacrilegus minime pietatis, qui matrem relegat, & vulneris dolore, & animi moerore contabescens vitam finivit, *Ex Annal. Jo. Zonara tom. 3. & alii Alfenus Ciacconus in vita Leonis Pap. III.*

QUOUSQUE PARENTUM OBEDIENTIA, Et debita istidem obsequia se extendant.

D. Augustinus in quadam sermone ait, Amandus est genitor, praeponeus creator. Sic Christus matri in Carta dicens, Vinum non habet, duriusculè respondebat? Quid tibi, & mihi est mulier? ut ostenderet nihil sibi in rebus facris dispensandis, aut divinis exhibendis, cum matre habere communc. Miraculum exigebat mater, ait S. August. *Tract. 9. in Joannem*, At ille non agnoscit viscera humana operaturus facta divina.

Andiamus hic S. Bernardum super cap. 8. Cantuarum. Fili, Vinum non habet. Quid mihi, & tibi, est mulier? Ut quid fratres, sic respondet Christus? utique propter nos: ut convertos ad Deum jam non sollicit carnalium cura parentum: & necessitudines ille non impediunt exercitia spiritus. Cui: Quandiu enim de mundo sumus, debitor nos constat esse parentum: ut postquam reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum sollicitudine liberi sumus. *Bernard. super Cantuarum cap. 8.*

Non licet simpliciter odio habere parentes, sed si voluerint plus diligere, in hoc odio habeantur. *Christ. super Matth.* Debet ergo parentum amor credere amoris Christi, & obsequia hujus praeponderare. Qui enim amat patrem, aut matrem, inquit ille ipse, plus quam me, non est me dignus. *Matth. 10.* Ideoque eos relinquendum promitti centuplum, & vitam aeternam. *Luc. 14.*

Idem Dominus in sanctis patribus in templo Jerosolymitano remanserat, dum voluit patris sui parere imperio. Docēs aperte, in illis, quae singulariter spectant ad divinum obsequium parentum consensum neque expectandum, neque expectandum. Unde in causa fidei, & religionis ignorandi sunt parentes.

Hujus rei typum habemus in Levitis Vet. Test. De quibus *Moyfes Deut. 33.* iussu Dei. Qui dixerit patri suo, aut matri suae, D nescio vos: & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum servaverunt.

Bene *August. contra Adamantinum cap. 6.* Sicut parentes honorare debemus, ita eos propter annuntiationem regni Dei nulla impietate contemimus.

Fortius adhuc *D. Hieronym. epist. ad Heliod.* Licet passo cruce, & scissis vestibus ubera, quibus te nutrit, mater ostendat, licet in limine pater jaceat, per calcum perge patrem, scissis oculis ad vexillum crucis evola.

Rationem assignat *D. Ambrosius in Lucam lib. 7. cap. 12.* Natura pigriora Dei beneficia sunt. Nec quicquam debet plus amare beneficium, quam benefactorem.

Aliam assignat *Augustinus*: Virtus nihil aliud est, quam reditus ordo amoris. Ordo autem amoris hoc habet, ut diligēdus sit proximus in ordine ad Deum; ideoque proximi cuiuscumque dilectio est gradus ad diligendum Deum. In hoc igitur gradu sic insistentium, ut superior ordo propter eum non violeetur.

Aliam causam addit *D. Chrysost.* Hae doctrina Salvatoris (qui amat patrem plusquam me, &c.) & credentes filios majoris animi fecit; & patres remissiores, ac leniores, ne ab amore Christi liberis dimoverent, videntes tantas esse ipsius vires, E ut facile posset à parentibus filios eripere. *Hae ille.*

Hujus verò heroica pietatis, tot ferè exempla sunt, quot boni sacerdotes, & monachi, carnales, & mundanos parentes habuerunt. Unum, aut alterum illustrius subiiciamus.

S. Franciscus primis suae conversionis initiis, cum à patre jubere coram Episcopo bonis parentibus cedere, eo quod omnia per eleemosynas dissiparet, libenter id fecit, etiam tota veste exuta, moxque dixit, Nunc liberus, & verus dicere possum, Pater noster, qui es in caelis. *Breviar. Rom.*

D. Thomas Aquinas, habitu Dominicanorum sumpto, cum in via ad studia proficiscendo, à duobus germanis fratribus armata manu raperetur, & ad castrum matris nobilissimae feminae, duceretur, nec à matre, nec à fororibus, nec à fratribus, nec ulla denique humana arte, aut industria à sancto proposito revocari posset; tandem, convivante matre, per fenestram dimittitur, & sui Ordinis patribus restituitur.

Divus BERNARDUS à suis fratribus vehementer instigatus religionis propofitum mutaret, eloquentior ipfis, ac felicior, eos ipsos, aiosque multos in suam sententiam F petraxit.

At videamus quid de hoc argumento senserint Ethnici. E quibus *Musonius* ita scribit.

Juvenis quidam, quem pater philosophandi cupidum prohibebat, Musonium interrogavit his serè verbis: An, o Musoni, per omnia obsequendum parentibus, an in aliquibus rebus id non faciendum est? Cui ille respondit: Parere quidem unumquemque suis parentibus decorum videtur, & ea ne commendatur. Sed quidnam fit parere, videamus ut primum potius, quid sit immergeri esse, & quis inobediens, despiciamus: postea vero melius videbimus, quid sit obedire. Age, si pater, qui medicus non est, neque saluberrimum, & contrarium peritus, filium aegrotantem aliquid facere iusserit, quod conducibile, quod tamen noxium sit, & inutile, ac ipsum aegrum hujusmodi esse non lateat, diciturne filius non obtemperare, ac inobediens esse, nisi iusta fecerit? Non enim eodem videtur: item si ipse pater aliquo morbo laborans vinum, aut cibum intemptive petierit, ut quibus assumpsis aegritudinem aucturus sit, filium autem id sciens non exhibuerit, patrici immergeri ille est? Nemo hoc dixerit. Et multo minus illum, quis inobedientem appellaverit, qui patrem avarum habens, ab eo furari, aut depositio fraudare quem G piam iustus, ejus non exequitur imperata. An non putas esse aliquos patres, qui filios suis talia imperant? Ego certe novissimam adeo fecerat, ut filii, quod formosum habeat pulchritudinem vendere ausus fuerit: Quod si hic adolefcenti à patre venditus, & missus ad turpe facinus, contraxerit, neque iverit, an potius inobediens emi, aut castum, & sobrium esse dicemus? Sed forte hujusmodi ne interrogari quidem merentur: nam contumacem esse, & non parere, convicium, & opprobrium est: non facere autem ea, quae non faciendae sunt, laudem meretur, non dedecus. Itaque si patris, sive magistratus, sive domini praepceptis mala, iniusta, vel turpia imperant, non obsequens quis fuerit, nequaquam inobediens est, ut etiam neque iniuste, perperam facit. Verum ille duntaxat immergeri est, qui bene, honeste, utiliterque imperata negligit, & non obtemperat. Talis igitur est inobediens. Moriger autem illi contrarius, & contrario modo est affectus. Is autem hoc nomine appellandus erit, qui obtemperat, & ultro obsequitur recta momenti. Quamobrem, & parentibus suis tum demum quis obedit, cum sponte facit, quae ipsi rectè iusserint. Ego sane illum, qui, quae decet, & conducunt, fecerit, quamvis sine iussu parentum, morigerum parentibus esse dixerim: Quo autem pure ita sentiam, hinc colligere poteris. Qui facit, quae pater vult, patri quae voluntatem sequitur, patri obedit: faciens autè, quae oportet, & potiora sua sunt, voluntati patris obsequitur. Quoniam modo? Quoniam parentes omnes liberis suis proculdubio bene volunt, benevoli autem cum sint, fieri ab ipsis volunt, quae decora, profuturaque sunt. Quisquis igitur agit convenientia, & utilia, ea, quae parentes volunt, agit. Itaque parentibus ista faciens obtemperat, est parentum verbis iudicium non fuerit. Proinde solum hoc illi, qui parentibus obediens voler, ubique consideretur, an quod agit sit honestum, & utile, tanquam si tale fuerit, statim is, à quo agit, parentibus obedit. Quocirca ne time, adolefcenti, ne patri sias immergeri, si vel indecorum quid precipiente ipso, non facias, vel prohibente honeste facere pergas. Nam pater in istorum neutro praetextu peccandi tibi esse debet, non enim cogeri mala imperata exequi.

PARENTUM PECCATA ETIAM IN Liberis vindicata.

EX S. SCRIPTURA.

A Chanaan filius Cham ob patris culpam gravi pena plectitur. *Genes. 9.* Davidis adulterium cum homicidio conjunctum morte filii inde nati puniunt. *2. Reg. 2.*

Jonathas in bello perit ante patrem Saulem, quod illum non impedierit, ne à divinatrice consilium peteret, *1. Reg. 28. HISTORICA.*

Anno Redempt. 979. Kalend. Maii die Dominica, à sanctis Archiepiscopis Dunstano Cantuariensi, & Oslvaldo Eboracensi, & aliis Ecclesiae Episcopis Ethelredus puer decennis Rex coronatur. In qua coronatione S. Dunstanus propheta afflatus spiritu hae ad Regem: Quoniam aspirati ad regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini. Hae dicit Dominus: Non deficiet gladius de domo tua, saeviens in te omnibus diebus vitae tuae, interficiens de femine tua, quosque regnum tuum transferatur in Regem alienum, cuius ritum, & linguam gens, cui praesides, non novit: nec expiabit nisi longa vindicta peccatum tuum, & peccatum matris tuae, & peccatum virorum illorum, qui interfuerunt consilio ejus nequam. Post hanc Dunstani viri Dei prophetiam nubes per totam Angliam nunc sanguinea, nunc ignea visa est. *Ex Mattheo V. V. V. monasterii Baro. 10. 10. an. 979. 2.*

Dum Philippus Ludovici Francorum Regis filius extra muros civitatis Parisiensis equo veheretur, inter crura lascivientis equi, cum domesticus suus incurrit, equus ferociter cepitans juvenem humi deturbat: quo lapsu nocte, quae insecuta est, decessit. Cujus mortis sic moerori Ludovico fuit, ita eum admonuit futurum sollicitum esse. Tum enim in mentem venit D. Bernardi Clarevallensis vaticinantem Bernardus argueret, nec propterea absumeret; Hec, inquit, tua, Rex, pertinetia filii interitum multabitur. *Robertus Gaguinus lib. 6. Annalium de Francorum Regum gestis.*

Proximè vero miraculum huic quoque rei congruit. Injusti parentis alicuius à carne rabido percussum filium, & pene mortuum obtulerunt viri Dei Ammonii Aegypto, & ejulantes deprecabantur, ut curaret. Tum ille ad eos: Non eget, inquit, mea curatio: sed vos, si vultis reddere bovem, quem rapulisti dominus vester, agros repositi sanabitur, quod etiam comitis: nam ut restitutus est robus, passio mox recessit à puero. *Histor. tripl. lib. 1. cap. 11.*

Mulier quadam, Euclia nomine, uxor unius de proceribus Antiochie filium habebat unigenitum morbo febrili usque adeo laborantem, ut is de via periclitaretur, cumque mox videbatur perituro. Mater vero perpendens cum despondentem animum, ac deploratè esse lacris, ipsum atreptum festinat in Ecclesiam adduxit, demisitque ad pedes eximii Joannis Chrysofomi Episcopi. Cum lacrymis continenter supplicabat, Dicens: Domine, deprecare Dominum, ut unigenitum nunc mihi gratificetur filium: parum abest ab inferni portis. Credo enim Deo, quia quicquid postularis emi, praebeat tibi. Ne deinceps asperneris me in tanto languore, & animi deliquio consistentem, Pater sancte. Respondens autem Joannes dicit ei: O mulier, non est nostrae facultatis tale quid conferre, quibus ipsi D velimus, neque verò qui volunt possunt accipere. Dei si quidem hoc opus esse per Apostolum edocemur. Toto igitur animo crede in Deum, & per penitentiam supplex prodece ei, quae sanitati restituit filium tuum. Ceterum deinceps abstine à prioribus suis delictis, & conjungere Christum tuum afflicta tui causa. Siquidem filius hic tuus per est, ut & quator enim sunt praemortui, futurum insulturne. Deus enim orbatus filiorum vestrorum crudivimus, ut à vestris orbibus flagitiosis ipsi abimerentis: nos prioribus addidit nos prioribus non destitit. Vel ferè tandem aliquando respicite, nec modo vobis ad sanata habebimini. Mulier autem una cum viro suo, ut respondit Dominum, & Deum dimissione vultus dixerunt: Credimus in eum omnem, & omnem languorem sanare potest; ipsi nobis hac hora temperantibus ab omni flagitioso opere, Deum contra nos ad hoc responsum tibi adhibentes. Beatus autem

Joannes perfecta eorum humilitate, & quam citissima permutatione, accepta aqua consignavit eos, ac dicit: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Per acceptabiles, & Deo gratiosas orationes honorandi Patris, & Episcopi nostri, aqua haec fiat in averfionem, & profligationem totius morbi. Cumque tertio asperisset puerum, eadem hora dimisit cum febris: ac surgens inquit pedibus sanus, & incolimus, in se ne vestigiis quidem retinens prioris morbi. Eo igitur asperite recepto parentes in se domum receperunt cum gaudio, & latitia ingenti, glorificantes Deum, in admirationem conversi ob stupendum illud, & admirabile signum. Pater autem ipsius secum delatum multam vim auri continenter deposuit ad pedes beati Joannis, dicens: Suscipe hoc, Pater, à me servo tuo pro salute filii mei: Respondens autem dixit ei: Qui servus Christi est, nihil horum est indignus, Dei enim domum nullis quantislibet pecuniis venale proponitur. His itaque repositis hinc facillito domum in coque dispersit, in quos iussit injuriis; simul & quo tibi superfluit, in eos distribuit, qui necessitate patiuntur, in caecos, claudos, mutuos, & mancos, circumspicere observantes, ne ex hac hora in pristina peccata revolvamini. Castigavit enim vos Dominus, non quasi vos oderit, sed quod cupidè deam met animarum vestrarum salutem, quae fiat per maximè commendabilem ad ipsum conversionem, & penitentiam salutarem. His dictis, dimisit eum. *Georgius Episc. Alex. in vita Joan. Chrysostom.*

Fortunatum Tuderitae civitatis Episcopum infamia probrò lacclivit diabolus; per ipsum namque ab homine expulso peregrini formam assumpsit, & cum clamore incendens passim queri cepit, quod Fortunatus Episcopus, qui ab omnibus hospitalis, & pius existimatur, ab hospite esturbasset. Hunc quidam, malignis rumoribus nimis credulus, ac simul ut se munificentior Episcopo ostenderet, domi suae excepit. Sed dum una cum illo ad ignem sedens (frigus enim erat) Fortunato licentius detraheret, animadvertit confessionem suam nusquam comparere, & filium parvulum, jam ab eo possessum, vertiginio volutari inter primas dicit, vitaeque destruit. Unicui tandem filii orbitate dicitur pater, quantum scelus sit, & quale crimen, sanctorum hominum vitam vel cavillari, vel cavillantibus facile credere, taleque hospicio expicere, qui vel lingua sola se produnt G quales sunt, si attendere.

S. Venceslaus factus Prage Princeps aucta dignitate, & potentia non mutavit; ab omni ambitione invidus demissus plane aliquid diligentius observabat, ne quid de instituto prioris vitae apud aviam Ludmilam transacta intermitteret: nam & noctibus intentus quam prius ad psallendos Psalmos, laudetque Deo dicendas urebatur, & dies per plura pietatis officia transigebat, crebris in funus prodeundo, languens invifendo, laceros, nudosque convivendo, pauperes alimentis sustentando. Instituit praeterea sibi mediæ, ac vigiliæ quoddam quasi cum avia certamen, experti fatagens, ipse, an illa sepius junaret, pervigilaretque. Interim Draconiura distrumpra praevindia, secumque nefaria adversus forum meditari, quod illa majore gratia apud Venceslaum, quam ipsa mater polleret, religionemque Christianam proluxerit. Nec longius nefariè meditata perficere distulit, quam invenit caedis perfidende audaces scarios. Instante exiti die, quem Ludmilla futurum divinitus praeviderat, vocat ad se clientulos omnes, mercedemque cuique suam distulit: & praeterea quicquid in penu, in cella, in horreis, in loculis redundaret, id sua manu in sinus, usufque pauperum transfudit. Post haec remotis arbitris, ac solo adhibito Paulo sacerdote, ante aram provolvitur, factaque exomologie de manu ejusdem sacerdotis sacrosanctam vitam accipit vitium: mox inde fieri suo propositum Deum exorat: cum ecce ibi eadem hora submissi à nuru Thomas, & Guino, non tam genere quam sceleris obiles, in sacrarium irumpunt, ac velo, quo sancta vidua caput velatum habuit, elisis facibus prostratam suffocant. Non desuere, qui Venceslaus ex caede aviae vehementer perturbaret ad oleifendum inflammarent. Alii, si ipse ulcisci nollet, sibi hanc dari provinciam posecebant. Utrosque ille quàm potuit gravissimis verbis corripuit, quod aliena à pietate erga qualemcumque matrem, aliena deinde à modestia, & tolerantia Christiana fuisse auderent, ignari, aut parum memores, quid ore suo dicit Dominus: *Mea ultio est, ego retribuam illis in tempore.* Quemadmodum evenit anno nondum revoluto, ut ambo sceleris ministri non solum miserè, sed etiam notabiliter exstinguerentur: notam videlicet uterque suam ad posterum transmittens.

Nam cum alter eorum barba rutila insignis, alter male pedatus esset, non alter nati notatorum, & qui hodie nascuntur ab illis, vel rufus, vel à pedibus laborant. Nam utraque familia apud Bohemos etiam nunc extat. Ceterum impia matris ideo impunitus diuturnior concessa videbatur, ut filii pietas, quò diutius illam mater infestaretur, hoc clarior evaderet. Joan. Duvravinus Episc. Olomucens. lib. 4. bisp. Bohem.

DE PARENTUM ERGA LIBEROS OFFICIO APOPHTHEGMATA.

Socrates fortè cum Lamproclo filiolo pueriliter ludens ab Alcibiade deprehensus, & vehementer derisus est. At ipse Non est, inquit, ut me parentem cum filio ideoas immoderatus, qui ignoras parentum in filios affectum: tacebis itaque, donec & ipse liberus generis, familia tenaturus, & fortasse magis puerilia. *Ælian. lib. Varr. Hist.*

Agasilus cum miro affectu erga liberos suos, dicitur aliquando strumide pro equo concessa una cum pueris lufille domi. Id cum fortè vidisset ex amicis quidam, rogabat, ne cui diceret, quod videret, priusquam ipse quoque liberorum parens esset factus. Festive subdicans, eum lufum non esse levitatis, sed pietatis: nec hoc, quod agebat, videri posse inepum ei, qui modo expertus esset, quam ingens sit affectus charitatis parentem erga filios. *Plat. in Lac. apoph. & Ælian. lib. 12. Var. hist. Simile cum superiore Socrati attributo.*

Amacharis interrogatus qua de causa operam non daret proli? Respondit, quia nimis amaturus essem liberos. *Stob.*

Epictetus Liberos doctiores quam ditiores esse debere dicebat. *In Enchirid.*

Isocrates Libris pudore magis quam auro consulebat esse relinquendum. *In admonitionibus Ethicis.*

Cum Erasistratus Demetrio Antiochi filii mentem, qua mori destinaret, indicasset, simulque fastus esset, huius affectionis causam esse amorem. Demetrius qui adolescentem unice adamabat: per omnia multis eum lacrymis cepit obtestari, ut illius incoluntati consuleretur, cum Erasistratus addidisset, immedicabile malum esse (quod in ipsius uxorem deperiret) hoc audio, Demetrius multo vehementius cepit obtestari, ut ob salutem filii cederet illi suam conjugem. Ista inquit, ò pater, tibi facile dicuntur: sed alium dixeris, si tuam conjugem Stratonicem adamas. Hic cum rex Deo comprecaretur, ut liceret amorem filii commutare, & à medici conjuge in suam transferre, nihil se non facturum, si modo liceret servare filium: Erasistratus patris dextram amplexus: Nihil est (inquit) ò rex, in quo jam Erasistrato indigeas. Etenim cum & pater sis, & maritus, & rex, optimus erit tua familia medicus. Non enim in conjugem meam, sed in Stratonicem tuam Antiochus deperit. Post hæc Demetrius edixit, ut Antiochus rex, Stratonice, quam filio cessit, regina nominaretur. *Plut.*

Cæsius equus Rom. cum à Cæsare filium abdicare jubere, quod is tribunus pl. Cum Marulo collega ei invidiam movisset regni affectati: Cicius, inquit, Cæsar tu mihi omnes filios meos accipies, quam ego ex his unum domo expellam mea. *Eras. lib. 6. apoph.*

Chii exules cum Spartam venissent, multis modis Pædareum incusabant. Eos Teleucia mater cum vocasset ad se, explorans ea, quæ in filio reprehensione digna essent, scripsit hunc ad modum filio, ut aut ignominiam omnem ablueret, aut in patriam incolumis non veniret. *ibid.*

D Filio injuriarum postulato: Aut crimine (inquit) filii, aut vita teipsum libera. Mater in filium severior, quam iudex, que extindendum malebat, quam cum ignominia vivum. *ibid.*

Cum accepisset, quod filius peregrè agens inhonestè se se gereret, scripsit illi: Malus rumor de te sparsum est, hunc tollito, aut non esto. *Plut. in apoph. Lacanarum.*

Yonnes rex Tenediorum cum legem promulgasset, ut si quis adulterum deprehendisset, securi trucidare, intellexit mox filium in hanc legem peccasse. Unde cum rogaretur, quid faciendum esset? Lege utendum, inquit, securi percutiatur: *Pausan. lib. 10. Eras. in adag. Tenedia bipennis.* De eadem severitate Teleuci Loerentis erga filium ob adulterium altero oculo privatum. *Fide Cic. lib. 2. de leg. Stob. serm. 42. Ælian. Var. hist. lib. 2. Val. Max. l. 6. c. 5.*

Socrates, Objurgationem à patre factam, suave medicamentum esse dicebat: plus enim, inquit, prodest, quam mordcat. *Stob.*

Idem ab uxore reprehensus, quod filium immorigerum, & inutilem non admitteret, & cum illa subjecisset, atque ex te est,

in terram despuens; & hoc subjecit, ex me est, at non utile *Max. serm. de honore parentum.*

Dionysius Philosophus ridiculum esse dicebat eum, qui suis pareceret, alienos liberos castigare velle. *Anton. serm. de parentibus liberorum educationem neglectam curantibus.*

L. Junius Brutus filios suos tyrannidi faventes, comprehensos, ipsemet pro tribunali sedens interrogavit, dicens: Quid vos ad crimina hæc? Ubi interrogati nihil responderunt. Jam relique, inquit, vestra partes sunt. Eorum deinde supplicia fixis oculis est intuitus. Exiit patrem, ut consulem ageret: orbusque vivere, quam publice vindicta deesse maluit. *lib. 2. Val. Max. lib. 5. c. 8.*

M. Scaurus audiens filium cum aliis ab hostium exercitu fugatis urbem repetere, misit, qui dicerent, libentius se in acie ejus interficere omissis occursum, quam ipsum tam deformis fugæ reum visurum. Itaque si quid modo reliquum in pectore verendum fupereffet, conspectum degener irati patriæ vitare. Filius audito nuntio seipsum interfecit. *Val. Max. ibid.*

Manlius Torquatus, cum è Macedonia venisset legati, graves querelas referentes de filio Decio Syllano, qui eam provinciam obtinerat, à senatu petiit, ne quid ea de re statuerent, priusquam ipse causam cognovisset. Cum senatus illi cognitionem detulisset, domi sedit, solusque utrique parti per totum biduum vacavit, tertio die pronuntiavit in hæc formam: Cum Syllanum filium pecunias à sociis accepisset probatum sit, & Republica eum, & domo meo indignum iudico, protinusque è conspectu meo abire jubeo. *Eras. Roter. lib. 6. apoph. ex Val. Max. lib. 5. cap. 8.*

A. Fulvius filium ingenio, literis, & forma florentem, quoniam in Cætiline castra properabat, ex itinere retractus occidit, dicens: Ego te non Cætiline adversus patriam, sed patriæ adversus Cætilianum genui. *Eras. lib. 4. apoph. ex eod. Hieroglyphicum.*

Paternam in filiis educandis diligenter, eamque accuratissimam exprimere si vellet veteres, piscem Glanum pingere instruerant. Ova enim is, que femina desutierunt, perseveranti custodia tutatur, ad quadragesimum, & quinqueagesimum usque diem, ab his denique non abscedit, donec ita coalescat soboles, ut ab reliquorum piscium injuria se tueri valeat. *Pier. Val. lib. 31.*

PARENTUM IMPRECATIONES adversus liberos noxie, & infelicem eventum sortite.

Pete nonnulla ex loco de Imprecatione, & Maledictione.

Orpheo attribuitur hæc admonitio, hoc est *Dav. 7. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

Etiam Homerus testatur parentum in liberos devotiones esse formidandas, ubi inducit Phenicem narrante sem per patris execrationibus obnoxium fuisse.

*Orat ne nata suis: Diique advertere precantem*

Siquidem imprecatus est Etoclii, & Polinici filii ex incestu suscepti, ut stricto gladio paternam dividerent hereditatem, qui libidine imperandi paulò post mutuis vulneribus conciderunt.

De Oedipo scribit Plato. lib. 11. de leg. quod à filiis contemptus, ea illis fuerit imprecatus, quæ à Deo exaudita, & effecta ab omnibus feruntur. Amynto quoque Phœnici filio iratum illi maledixisse serunt: Hippolyto Thæcæ, plurimisque aliis alios, quorum vota Deus exaudivit.

Nec desunt ex scriptis SS. Patrum de prompta exempla; nam B. August. lib. 2. de Civit. cap. 8. de decem fratribus, & foribus in urbe Cappadocia, Cæsarea, quorum septem erant mares, tres femina, infingem historiam commemorat. Ait enim illos, quod matri ingratis intulissent ipsius maledictio confectum hæc pena divinitus onnes coarctos, ut horribiliter membrorum tremore quaterentur, ac toto penè orbe, quo cæteris forent spectaculo, vagarentur.

Hæc ira imprecationes, non solum parentum erga liberos (dolendum sanè eos ex ira, & excedentia, nonnumquam modum talem excedere, ut paulò post penitentia admodum gravis consequatur) sed etiam in consanguineos à latere, ut dicitur, in seiplos, & alios, efficaces esse solent.

Narravit

Narravit aliquando Joachimus Camerarius, se apud Guilelmum Hassiæ Landgraviæ vidisse puerum mutum, & surdum, idque ex matris imprecatione evenisse. Mater enim illius furti fuit accusata, quæ cum videret se alio modo crimem purgare non posse, confugit ad imprecationes, suis quæ effecte eo tempore gravida, ut majus pondus verbis suis adderet, inter alias imprecationes dixit: Si vera essent, quæ illi obiceretur, se optare, & à Deo petere, ut foetus ille, quem gestaret utero, in lucem editus, ne verbulo proferre posset, sed dum viveret, mutus maneret. Quod postea factum est, & ipsam sese suis imprecationibus prodidit, furtoque perjuriū adiecit. Quæ enormia delicta etiam in filio punita fuerunt.

Friburgi oppido Minizæ adhuc conspiciuntur vestigia, in quibus stetit superioribus annis filius contumax per aliquot annos, neque vivus loco moveri potuit, donec post mortem, cui pater provocatus ab eo ad iram, imprecatus fuerat, ut quomdiu viveret, illo in loco immobilis staret. Cujus historis Testis est Philip. Camer. Centur. 3. horar. subscis. qui locum, & mortui vestigia pedum, in pavimento ligno impressa, ubi is, in fallor, per sexcentium steterat, & pulpitiū, in quo se brachiis inclinare potuit, stando nihilominus, Friburgi in adieculis parentis imprecatoris, qui ob illas diras efficaces, vulgò, der Similische Batter appellabatur. Animadverti, inquit, eum, alioquin bonum, & simplicem hominem plebeum, admodum perturbari, si quis locum illum, ex sua imprecatione inconsulta filio fatalem, videndi causa, cubiculo ingrederetur. Quare eum vestigia illa pedum, & pulpitiū, libenter, & cupidè amovisset, si non illi à magistratu, ut testimonium perpetuum hujus memorabilis, licet tragici, facti extaret, hoc interdictum esset.

Aliud exemplum non ita recens Rodericus Santius memorie tradidit de Alfonso Henricus Comitis Henrici Lotharingæ filio, qui dum suam matrem Theresiam, Alfonso sexti regis Hispaniarum, cum quo Vitrico nupsisset, in vinculis teneret, ita filio imprecata est: Quia crura mea vinculis alligati, & mihi abstulisti honorem à patre relictum, Deum precor, ut ab hostibus sis captivus, ut ego sum, demum crura tua fracta conspicias, sicut mea ferro vinxisti. Quod paulò post expletum est: Nam cum bellum cum Ferdinando rege Legionis Alfonso gereret, exiens per portam civitatis Palensis ad prælium jam ceptum, criba vestis ferro involuta est pariter, & rupta: ille verò in bello victus est, & captus.

Lazius quoque refert, puellam quandam anno M. C. C. XLVIII. in Austria, tempore magnæ charitatis, cum à matre pancem postulasset, & illa fore impatiens doloris, famem decemem imprecata fuisset, decennio omni cibo abstinuisse, raro admodum aqua potu se refecientem.

Vitruvius insuper recensit memorialem historiam, quæ circa annum M. D. LXXV. in Gælia accidit. Quidam, inquit, non obsecruominis, regi Hispaniarum apud Celos militans, quem è familia nobili honestam duxisset conjugem, quam & durius trahabat, intelligeretque tandem ipsam uterum ferre, indignanter veluti finistrè precatus, ait illi: Tu infernalem gestas dæmonem, quem gladio confodiam. Non longè post filiolium genuit, humidior corporis inferioris parte bene formata: verum superior pars litur rubris, & nigris fecda apparuit, oculis in fronte locatis, ore rotundo, nigro, tetro, ut Satyrus aurius longis, veluti canis venatorius: in vertice duo cornua nonnihil intorta, qua manibus contrectata reddebantur languinea.

Refert præterea Gaspar Hemebergius in Chronico Prutenico admodum tragicum exemplum de pœna divina ingrati comœcis Filii, qui verberibus in parentes saevierat, & propterea ex imprecatione eorum à serpentibus, & quidem in tali loco, ubi antea nulli concepti essent, corrosos, & occisus sit. Præsertim autem ferpens, cæteris grandior, & immanior, ipsius dextram, qua parentibus plagas inflixerat, planè corroserat: qui, ut & reliqui, illo milerè mortuo, non amplius comparuerunt. Idque accidisse Passenheimii, omnium cum horrore, penam divinam animadvertentium scribit.

Præterea narratur historia de Muliere Florentina illustri, atque opulenta, quæ mortuo marito, superfluitus duos habebat filios, quos delicate, & indulgenter educaverat, donec adulti essent. Quodam verò die in iram versa, matre pluribus verbis filios male mulditarunt. Quod fecit ipsa impatenter ferens, horrendis imprecationibus adversus illos uia est, genibus procumbens, & terram manibus pulsans, Erymes, cæteraque infernales pestes in rabiem filiorum magno cum gemitu invocavit. Exaudiunt dæmones, juvenes aggrediuntur, illos in

furias exagitant, qui statim, ut rabidi canes, mordaciter ad invicem sua membra corrodunt. Concurrent famuli, fit clamor ingens, alii funes, alii catenas ferunt: ligantur juvenes, nec rabie contineri valent:

Consultatur in loco de Imprecatione. Tit. de imprecandi forma Turcis usitata.

PARENTUM, ET FILIORUM SUCCESSUS SIMILES PRÆSERTIM IN GENERE MORTIS.

Pete ex loco de morte. In quo luculentur per innumera penè exempla id demonstratur.

Præfens locus plurimum illustrabitur ex aliis plerisque locis, utpote de Obedientia, Honore, Fide, Fidelitate, Amicitia, Clementia. Item de Accusatione, Perfidia, Crudelitate, Ignominia, inter Parentes, & Liberos, ac è converso, subinde reperitur.

Parode. Quod ad cantum usurpatur. *apud, & id.*

Parœcia. Parœci. DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Parœcias, quas corrupto vocabulo postmodum Parochias F dixerunt, appellatur veteres fana, & Ecclesias, quæ singulis assignantur presbyteris in cujusque Episcopio dicecisi. c. omnes basil. c. nullus, 16. q. 7. Quamvis etiam per tota dicecisi usurpari nonnunquam, constat ex c. bone rei. 12. q. 2. c. Apollonica de donat.

Dicitur autem *apud 7 papasus*, hoc est ab accollendo, vel uxta habitando, unde ipsi accollæ Parœci sunt, sive Parochiani, vulgò Parochiani.

EARUM INSTITUTO. ANTIQUITAS.

In hac ecertum imprimis haberi debet in Ecclesia primitiva, statim ac singulari civitatibus suis presbyteri, qui tunc Episcopus constitutus auctoritate Apostolorum fuit, quod Titum facere etiam præcipit Apostolus; c. 1. Ep. ad eundem; ac dicecesis unicuique assignata, postquam communis presbyterorum administratio, crescente Christianorum numero, incommoda haberi cepit propter dissidia, & contentiones, etiam ipse dicecesis in Parœcias divisæ fuerunt, & interiori presbytero sua Ecclesia, five acolatus, cui præfaret, assignatus, in quo doceret, ac sacramenta administraret.

Quod vel Sozomenus demonstrat, cum ait, consuetudinem fuisse in Alexandria tempore suo, ut uno existente super omnes Episcopos, presbyteri seorsim Ecclesias obtinerent, & populus in eis collectas solemniter celebraret. Sed crescente numero Christianorum, cum passim constructæ essent Basilicæ, seu Ecclesiæ, non in civitatibus modo, fed etiam in vicis, atque pagis, tandem inter presbyteros confusionis, discordiaque vitandæ causa, ubique terrarum divisæ sunt regionibus, ita, ut unusquisque sua Ecclesia, regioneque contentus, ab aliena omnino abstineret.

Cujus rei auctor fuisse dicitur Dionysius urbis Romæ Episcopus, ut ex ipsius epistola ad Severinum Episcopum Cordubensem scripta colligitur, que integra apud Gratianum non extat. De Ecclesiis, inquit, Parochianis, unde Apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ per Cordubensem provinciam, ac dividendæ sacerdotibus, nihil tunc charitati melius nobis videtur intinimare, quam ut sequiris, quod nos in Rom. Ecclesia nuper egisset cognoscitur. Ecclesiis verò singulas singulis presbyteris dedimus, parochias, & cœmeteria eis divisimus. Sed unicuique jus proprium habere H statuimus, ita videlicet, ut nullus alius parochia terminos, aut jus invadat: sed unusquisque suis terminis sit contentus, & tunc Ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni iudicis, ex omnibus sibi commissis, rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, clarissime, te, & omnes Episcopos sequi convenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscumque poteris, notum facias, ut non specialis, sed generalis fiat ista præceptio.

Anacletum autem idè decrevisse apud Gratianum legitimus, quod Dionysius Romæ facti fuisse refert. Presbyteri, inquit, per castella, & modicas civitates, arquivillas debent ab Episcopis ordinari, & ponit singuli tamen per singulos titulos suos, &c. Historiographi divisionem quandam titulorum, & dicecium in urbe Evaristo, atque Marcello ascribunt.

PAROCHI QUI, sive PAROECI.

Sciendū est, apud Ethnicos olim Parochos dictos fuisse eos, qui Legatis publicæ Romæ missis, salem, & ligna præparabant, hoc est, qui omnium rerum copiam Legatis Regum, Principū,



fessione facta aliis ex privilegio ad audiendas fidelium confessiones admittis, non liberati ab obligatione confessionis annua, sed teneri Parochiam ita confessionum eadem peccata suo Parocho rursus confiteri, aut alteri de illius licentia. Ita tenuit Jo. de Polacco, Durandus in 4. diff. 17. q. 2. Henricus quod l. 10. de Polacco, Durandus in 4. diff. 17. q. 2. Henricus quod l. 10. de Polacco, Durandus in 4. diff. 17. q. 2. Henricus quod l. 10. de Polacco, Durandus in 4. diff. 17. q. 2. Henricus quod l. 10. de Polacco, Durandus in 4. diff. 17. q. 2.

Et Academia Paris. eandem tenuit sententiam, & contrariam, quam pro concione dixerat Tornaci quidam Joannes de Angeli; erroris damnavit, ut est testis Major diff. 17. q. 6. Ceterum Rom. Pontif. concedendo facultatem quibusdam Religiosis ordinibus excipienda fidelium confessiones, eis que a peccatis sacramentalem absolutam in foro penitentiae sic concedit isdem Jurisdictionem absolutam in foro penitentiae sic ut qui illis confitentur, etiam examantur ab onere confitendi peccata sua semel confessa, Parocho aut alteri sacerdoti. Quamvis fatendum sit, contrariam sententiam etiam validam habere argumenta ex jure petita: nam in Extra. vices Sixti IV. leguntur hac verba. Ipsi mendicantes desistant predicare, quod Parochiani non sint obligati saltem in Paschate ( tunc quoniam quis tenetur S. Eucharistiam percipere, & consequentem quibus tenetur S. Eucharistiam percipere, & consequentem confiteri, ne communicatum conscientiam habeat mortalis peccati) proprio confiteri Sacerdoti: quia de iure tenetur Parochianus saltem in Paschate proprio confiteri Sacerdoti. Et allegat Medin. in 4. Henricus, Major & alii, Extravagans Martini V. cujus initium, ad uberes, interpretantis constitutionem e. Omnis universique sexus, & adherens, quod fidelium, quamvis confessi sint fratribus privilegiatis, teneantur nihilominus semel in anno confiteri suis Parochis, iuxta decretum Concilii generalis, & ipsomet fratres debere fideles ad hoc hortari. Verum quicquid sit de istiusmodi decretis, & ad jure antiquo, certum est consuetudine abrogata esse, quod cum jure superioribus toleretur, habet vim legis: videatur interim quid ad ea respondendum ulterius sit apud Franc. Soares Disp. 16. de Sacram. Punit. sed. 2. sub fin.

De annua vero Eucharistia perceptione, circa Paschae festum, quoad ad duas hebdomadas extenditur, cum Soter Papa sub M. Aurelio in Cena Dom. eam fieri decrevisset non alibi, quam propria cuiusque Parochia facienda etiam a Laicis, qui in ministerio sunt Regularium, certi juris est, & posterius affirmat Em. Sa. verb. Euc. b. 9. ex mente S. Congr. Conc. Trid. nisi id praesertim ait Fr. Typicus sup. n. 3. in Cathedrali. ex c. C. quocumque to. 9. r. In qua quilibet de Dioecesi percipere potest sacramenta. M. Ant. Gen. in praxi c. 76. n. 22.

Et ita in Civitate Antuerpiensi Senatus universus, etiam per varios urbis vicus domicilio dispersus existat, adeoque diversarum paroeciarum, ex laudabili consuetudine, in Paschate, uti & in festo Nativitatis, de manu Episcopi, aut primi Clerici, Sede etiam vacante, sacram communione accipit.

Sacramenti quoque extreme unctionis administretur plerumque est Parocho pro Laicis, alitque Paroeciae suae subiectis, cum illi incumbat ex officio ovibus suis hinc discendibus de viatico, & adminiculis aeternae salutis providere, ac pro istidem animam suam ponere, quocumque tandem aut morbo detinuerint, aut periculo exponi contingat.

Matrimonium denique ut validum sit, debere coram proprio contrahenti Parocho celebrari, ac solennizari, ad minus adhibitis duobus testibus, Conc. Tr. sess. 24. c. 1. de Refor. decreto est, verba sunt. Qui aliter quam praesente Parocho, vel eorum sacerdote de ipsius Parochia, seu ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahat, attemptum, eos Synodus ad sic contrahendum omnino reddit inhabiles, & hunc Synodus ad contraheudo nullus, & irritos esse decernit: ubi iterum bene observat Fr. Typicus sup. n. 9. l. 4. c. 1. hoc esse contrahere in facie Ecclesiae, quando contrahitur coram Parocho, & testibus, ut que per illos in hoc actu representantur. Etiam pastorem est ex mente Concilii, ante initum matrimonii denuntiationes contrahentium tribus continuis diebus festis, in Ecclesia inter missarum solemnia (Quando ordinaria concio fieri consuevit) facere. In quibus tamen Episcopus ex causa dispensat.

OBLIGATIO AD AUDIENDUM IBIDEM VERBUM DEI. Hanc Conc. Trid. differt inculcat his verbis. Moncat Episcopus populum diligentem, teneri unumquemque Parochia suae interesse, sed commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. sess. 24. c. 5. de ref.

Quaenam praecipit Episcopus, ut saltem Dominicis, & aliis festis diebus pueros in singulari Parochia suae fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes doceri curent. ibi. Quoad priorem Concilii constitutionem mirum in modum se torquent Regulares, ut apud populum eam enervent, & non obligari eum ad audiendum in Parochia Dei verbum persuadent, abutentes illa clausula ibidem inserta (ubi commode id fieri potest) quasi per hanc tol-

leretur obligatio, ac illis, quid commode possunt praestare, quod maxima populi pars facere potest. Quomodo enim parere huic Concilio decreta defendere erunt, qui vix in anno semel, aut nunquam tota vita, in Parochia sua Dei verbum audiunt? verba Concilii prout in cortice sonant, clara sunt, & absque ambage, teneri scilicet unumquemque, &c.

Atque ex hinc consuetudo per totam Ecclesiam invaluit, ut certa, & definita hora matutina, Pastores, aut alii per eos substituti concionem in suis Ecclesiis ad populum habeant. Infra quam denuntiationes contrahentium, juniorum, festorum, ac aliorum, quae populum scire convenit, publicationes etiam fiunt; neque permittitur Regularibus nisi ex indulto speciali, eadem hora in Ecclesiis suorum ordinum (in quibus etiam contradicente Episcopo predicare nequeunt iuxta idem Concilium) concionem ad populum habere, valido certe argumento, quod quisque teneatur interesse Parochiae suae ad audiendum in ea verbum Dei: & sane naturalis est, ut ovis audiat vocem sui Pastoris, estque Christiane ovis verum, ut dicitur, & nota: nam & Pastor, qui rationem pro ovili suo redditurus est, praesumitur accuratius considerare vultum peccati sibi crediti, & in illius vultu, & infirmitatibus tollendis majori cura incumbere, & doctrinam suam gregris capacitari, & indigentia accommodare.

OBLIGATIO QUOAD AUDIENDUM MISSAM IN PAROCHIA. I. Eccles. Dominicis, & festis diebus aliagoctia.

Major hic difficultas, num aliqua fit, & quata. Fuit super hac re controversia frequens inter mendicantes, & Parochos, idque variis locis, neque passim satis superita est. Tempore Sixti IV. exagitata ea quaestio fuit in Germania, sed per eum etiam decisa in Extr. commun. ext. vices, in hunc modum ut fratres Mendicantes non predicent, Parochianos non teneri audire Missam in eorum Parochiis, diebus festis, & Dominicis, cum iure sit cautum, illis diebus parochianos teneri audire missam, in eorum parochiis Ecclesiis, nisi forsitan ex honesta causa, ab ipsa Ecclesia sit absententur: ubi & de sepultura libera, confessione proprio sacerdoti facienda: servanda antiqua consuetudine horas cantandi, praedicandi, campanas pulsandi, neque facienda mutatione temporis praedicationis, nisi de consensu partium, quod Mendicantes non detrahant in sermonibus Parochis, nec e contrario, nec populos ad suorum Parochialium Ecclesiarum frequentiam, & absque illarum frequentatione quoquo modo: si fecus fecerint, excommunicationem incurant eo ipso; & qua nequeant absolvi nisi satisfactione praevia, & de partibus laesa assensu.

Hoc olim magnis studiis ante Principum, & Extrav. vices, decretata, sed impensis sedis Rom. voluntate definita sunt. Quin nec in Monasteriis tantum, sed neque in aliena Parochia sacra audire nisi iuxta causa quaequam debere, jam olim, cum nervi ecclesiastica disciplina consilium constaret, decretum fuit. Sic in Conc. Nannetensi constitutum constat ex c. 2. ex. de parochiis: ut Dominicis, inquit, vel Festis diebus praesbyteri, antequam Missam celebrent, plebem interrogent, si alterius Parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto praesbytero vellet ibi Missam audire: quem si inventum, statim ab Ecclesia abiciant.

Et Concil. Const. 6. Gener. can. 80. statuit, ut si quis in civitate agens a sua Ecclesia absit frequentius, & in tribus diebus Dominicis una non conveniat, si Clericus est, deponatur: si Laicus, a communione separetur.

Penae excommunicationis non in televi, neque consilii, sed necessitatis locum habet. S. Aug. in c. is hoc attendendum, de consecr. diff. 1. his verbis sanxit, ut Missa peculiares, haeque per dies solennes a sacerdotibus sunt, non ita in publico fiant, ut propter ea populus a publicis Missarum solemniibus, quae hora 3. canonicis sunt, abstrahatur. Et infra, Sed sacerdotes, qui in circuitu urbis, aut in eadem urbe sunt, & populus in unum ad Missarum publicam celebrationem conveniant: exceptis Deo sacras faminis, quibus est mos in publicum non egredi, sed claustris monasterii contineri. Plura vide apud Choppin. de sac. polit. lib. 2. tit. 7. n. 31.

Et in Concordatis Harmoniae inter Episcopum Cameracensem, & Consiliarios suae Majestatis 2. Mart. 1541. convenit fuit, quod qui Missam parochialem non audient, impositum non citabuntur, nisi qui abfuerint diebus solemniibus, aut abesse confuerverint, sine excommunicatione legitima, unde malum exemplum, aut scandalum oriat, Fr. Typicus, in sua analytica postremi juris Ecclesiasticae enarratione lib. 3. cap. 3. de Parochis.

Certe quod Sixtus IV. dicit, jure cautum teneri unumquemque in sua Parochia missam audire: quod Concilium, Nannetense ta ditricite fieri praecipit quod Conc. Constant. 6. Occumenicum sub excommunicatione mandavit: quod viri Principes sanctissimum censent, si omitteretur, non video, qua fronte illud audeant persequi.

plerique tanquam rem omnino liberam unicuique, & plane indifferentem asserere, & per hoc populam a sua parochia frequentatione abstrahere: cum illi, quod faciunt, plerumque assumpti fuerint duntaxat in subsidium Ecclesiae Parochialis, & Parochorum, non vero ut hujus, & illius contemptum, & desertionem procurarent, debitamque illis subjectionem emerent.

Cum interim Conc. Trid. mandet Episcopis sess. 22. in decreto de obs. in Missa, ut monent populum suum, ut frequenter ad suas Parochias saltem Dominicis, & majoribus festis accedant, nempe ut intersint ibidem divinis officijs. Quamvis enim consuetudine contraria jus antiquum abrogatum circa hoc videatur, & Leo X. declaraverit, facis fieri precepto de audienda Missa, si quis non contempto proprio Parocho, apud Fratres Mendicantes missam audiat: Tamen Clem. VIII. cum orta numerus esset Duaci super hac re gravis quaestio, an. m. d. x. c. 11. per Octavium Episc. Tricaricentem in Belgio Nuntium praecipere voluit, verba fuisse omnibus Privilegiatis, ut in concionibus, & catechismis, populum ipsum tum ad reverentiam Parochorum, tum ad eorum Missas, praesertim Dominicis, & aliis festis diebus solemniibus audiendas, frequenter monerent, & hortentur. Atque paulo ante in eodem decreto declaratur, populum satisfactum ad audiendum Missa, eam in Ecclesiis mendicantium audiendo, dummodo inquit, in contemptum non faciant Parochiarum. At quomodo dicitur non contempisse Parochiam suam, qui nunquam eam visitat, ad quod tamen jure citi naturalium communi, ut testatur Azor. l. 13. l. 1. Mor. c. 2. sub fin., tenetur, nequidem filius familias, & dum paterna se absentat pluribus mensibus absque culpa, & suspitione defectus alicujus: multo minus e conspectu, & ad alloquio patris se abstrahet. Faciunt hoc Parochiani, qui cum quoque, & ex aquitate teneantur interesse divinis in sua Parochia, quae est vel familia eorum spiritualis, in qua renati, & Ecclesiae jamque ingressi primum fuerunt, ubi pater eorum spiritualis, qui pro salute ipsorum invigilare debet, & ac de animabus eorum Deo rationem reddere, & vultum sui peccoris cognoscere, sitque Ecclesia Parochialis velut mater carerum; tamen raro, aut vix semel in anno eam visitant, & reliquo die gregi adiungunt.

Cur enim sacra congregatio rituum distinxit cavit, ut referret Pius. p. 2. c. 3. n. 24. ne Capellarum, aut simplicium beneficiariorum rectores ulterum functiones proprias Parochiarum; Cur item in Ecclesiis non Parochialibus venient esse asservari S. Eucharistiam pro adoratione, nisi de licentia solius Papae: ut respondit sacra congregatio an. 1609. Quam ut Parochis, eorumque Ecclesiis, & officijs deferatur omnis honor, & reverentia, cultusque debitus?

Adhuc vetus est consuetudo, & alibi servatur, ut diebus Dominicis in Missa, quae vocat solemne, five majore, fiant denuntiationes sessorum, juniorum, excommunicationum, & similiter aliarum rerum, quae culpabiliter ignorabuntur, si nunquam adfuit aut rariis, qui eas scire debent, unde laudabilis est consuetudo carum Provinciarum, in quibus omnes famulari praesides ad Missam solemnem in Parochia conveniunt: ministri vero private intersunt, ut absentibus Dominis ipsi curam domus gerant.

Neque res nova est, sed veteribus usitata reperitur, ut die Dominico ad Missam fidelium in Parochiali Ecclesia confeceretur in usum illorum, qui mensae sacrae tunc participes non sunt, patris, quod adhuc Parisiis, & aliis locis celebribus observatur solemni ritu per Ecclesias Parochiales, ut testatur a se visum Alan. Dialog. 4. estque notorium, vide Locum de Elegis, & Pane.

Quidquid igitur sit de obligatione audiendi Missam in Parochiali Ecclesia, negari non potest, aequissimum, & maxime congruum censeri, ut divina officia ibidem a Parochianis frequententur, cum ob rationes a nobis adductas, tum quod ipsi Pontif. Romani, qui Religiosis ex privilegio indulserunt, ut non peccent contra praecipuum Ecclesiasticum, qui in ipsorum Ecclesiis missam audiunt: non id censendi sint Juris communis obligationem penitus sustulisse, cum potius e contrario illam stabilire contendant, quod praecipuum per eos frequenter adhortari populum, licet id non praesent, nisi fortassis admodum frigide, & perfunctorie; ut officijs divinis Ecclesiarum suarum Parochialium, & Parochorum intersint, cum jure cautum sit, eos ad id teneri, ait Sixtus IV. supra.

Ad quod etiam faciendum, videri re ipsa equitate illi ipsi, quodque se solli in subsidium Parochialis ministerijs, & officijs, ad civitates, & celebrioribus vicis admitti, & ob id populi liberalitate ac elemosinis potissimum sustentari sciant, ultro plerisque locis, dum ad ea reciperentur, sese obligant. Cujus rei testimonia producemus in archiepis Capituli Antuerpiensis, ubi in Concordatis mitis cum Religiosis mendicantibus, in eorumdem admissione, cavetur commendatio Ecclesiarum Parochialium, & officiorum, qua in illis fiant. In Concordatis initis inter idem Capitulum, & Franciscanos, an. m. cccc. xlviii. que istidem E renovata fuerunt anno m. d. x. c. v. hac inseritur clausula. Item debent, quantum eis fuerit possibile, informare populum, ut festivitates, & diebus Dominicis, Ecclesiam propriam Parochialem visiter, nec Parochianos dicat Ecclesiam matricis, aut aliarum Ecclesiarum Antuerpiensium, (cum verbum Dei audire debeant in propria Parochia) attrahere ad divina audienda in eorum Ecclesia quomodo libet debebunt.

Similiter Carmelitarum ad eam urbem an. m. cccc. xlv. mense Aprili venientium superiores, cum praefato Capitulo convenerunt, seque in perpetuum obligarunt in hac verba: Item quod ii Fratres ex nunc inantea, in singularis vis sermonibus, tam in ipsorum conventu, quam aliis locis pro tempore faciendis, informabunt populum quantum in ipsis erit, ut in Solemnitatibus, necnon Dominicis, & Rogationum diebus, frequentent matricem Ecclesiam, & filias ejus respective, in istisque divina hujusmodi, & sermones audire studeant.

Neque est alius tenor quoad ista: novorum Concordatorum imitator an. m. d. c. xix. quod Clericus Soc. Jesu, in quibus legitur, Fatur sequentia: Monebunt & adhortabuntur populum, tam in concionibus, quam in confessionibus, ut quisque in suis Parochiis divinum officium frequenter, &c. Haud aliter admisi priorem Augustiniani, an. m. d. c. v. i. se obstrinxerunt. Sic namque concordata cum praedicto Capitulo conclusa habent.

Tenebuntur etiam praedicti Fratres, in suis sermonibus, & populorum confessionibus, & alias, quantum in suis fuerit possibile, exhortari, & informare populum ad frequentationem matricis Ecclesiae, & Parochiarum, ut in istidem divina officijs, & praedicationibus suorum Pastorum audire studeant. Nec poterunt illud omittre, quotiescunque a nobis ad id fuerint requisiti.

Neque dubium est, quin his affinia aliis locis reperire etiam sit. QUOAD PUERPERAM IN EADEM PURGATIONEM. Fuisse olim puerperam injunctam legem Purgationis propter fluxum sanguinis mensuris, qui illis in puerperio contingit, ex Lev. c. 12. colligitur: eamque legem, quamvis non teneretur, B. V. observasse scribit in Evangelio suo Lucas, neque enim ea lex Virginem Deiparam evangebrat, ut quae pro illis lata erat, quae suscepto semine concepit, cum illius partus fuerit sine fluxu sanguinis, ut Epiph. & Cypr. disterte docent. G. Aug. aurem de 5. har. Her. 5. stulte ait. Unde fordes in Virgine Matre, ubi non est concubitus cum homine patris? verum ea lex, uti & reliquae Ceremoniales Vet. Test. per novam legem aboluta est, quae nostrae puerperae non obligantur.

Tamen pia est, ac recepta pluribus in locis consuetudo, ut puerperae ob venerationem, & exemplum B. Virginis, ab Ecclesia introitu diebus 40. abstantent, atque tunc demum his expletis ad Ecclesiam Deo gratias actum, cum prole sua accedant, quod licet absque peccato statim facere possint partu, ut respondit Innoc. III. c. un. de purg. post partum: ubi nihilominus ea consuetudo invaluit, omnino servanda est, ut colligitur ex rescripto Greg. I. ad Aug. Angelorum Episcopum, & supra nominato Innocentio, qui dicit eam matronarum devotionem non esse improbandam.

Quam autem hic purificandae puerperae ritus antiquus sit, constat ex Missa Aethiopum, in qua illius fit mentio, cum peculiarem habeant de benedictione puerperae formulam, in qua dicitur: Tu Domine docuisti Moysen constitutionem mundam, &c. qualemvis ergo pro ancilla, quae servat constitutionem tuam, ubi non intelligitur servari hic constitutio Moysis, quoad rationem, & obligationem Moysae legis, H sed tantum quoad ceremoniam, qua nunc se sponte, & ex devotione obligant, ut Deo gratias agant.

Quin olim legitimus, pro hujusmodi purificandis dicta fuisse Missam, quam Sicut vocat, quoad ea in usu fuit, de qua require Locum de Sacrificio. Ut autem se purificandi post partum devotio observetur, & ubi collapsa in usum revocetur, statuit Synodus Mechliniensis prima, & secunda a Paulo V. an. m. dc. viii. confirmata, ubi etiam ad tollendum omnem abusum decernit. Tit. de Bapt. c. 8. eam purificationem a proprio Parocho iuxta probatissimum Ecclesiae consuetudinem faciendam esse, quod etiam ita faciendum praescribitur in Synodo prima, quae contra negligentem tanquam pia consuetudinis violatorem procedi mandat. Quin in prima Antuerpiensi Synodo sub Fr. Sornio Theologo eximio, & primo illius urbis Episcopo, decretum, ut puerperae a solis pastoribus, aut sacerdotibus ad id deputatis, ultro plerisque locis, eorumque nomina, diebus purificationis hujusmodi registro Ecclesiae inscribantur. Sicut et Religiosi arguendi veniant, quod promiscue puerperas, eas purificando, etque benedecendo, in Ecclesiis suas introducant, & Parochorum munus, ac emolumenta

